De Ecclesia B. M. V. de Campo
die 17. 9bris 1719

Celebrata Missa in Ecclesia Collegiata, Illmus et Rmus D. se contulit ad predictam ecclesiam parum distantem à Terra, in qua unicum adest altare, cum Imagine B.mae V. maximae devotionis apud Incolas, in quo celebratur tantummodò ex devotione diebus Sabbathi. Mandavit provideri altare de Tela cerata, et seragula ad effectum ut suprà, et fenestram ecclesiae muniri vitreis specularibus, sive Tela cerata infra Mense.

De ecclesia S. Sebastiani

Sita est prope Terram, et unicum habet altare ubi Confratres Societ. Laicalis, in eo existentis celebrare faciunt sub die festo S. Titularis Missam cantatam cum primis et 2.is vesperis. Illmus et Rmus D. mandavit provideri de novo scabello pro Candelabris, ibique decenter depingi, fieri Coronides circa Tabellas secretarum, renovari Bradellam, et provideri de Tela cerata et seragula ad eff.um ut sup.à, et muniri fenestras vitreis specularibus, sive Tela cerata infra mense.

De eccl.a B. M. V. Terrae fictae

Distat à Terra per medio Milliare et est de Iurib.s Illmi et Exc.mi Principis Burghesij, ubi erectum reperitur Benefic.m de Iure Patronatus eiusdem, quod possidet bona adnotata in actis p.ae fol. 427 Ill.mus Rector D. Hier.us Franc.us Ant.us de Luca cum oneribus infrascriptis per eum adimplem.to doceri mandavit

De [illegible] Maiori

Deposita est in eo Imago B.mae V. et adsunt infrascripta Onera Missarum nempè

Missa una qualibet hebdomada ex Bulla Fundationis
Alia Missa similis pro Defunctis Domus Anguilaris
Missa Cantata in Vesperis p.a Dom.ca Septembris
Missæ duæ annuæ pro an.a q. Catherinæ Dulcetæ
Missæ tres annuæ pro an.a q. Dominici Conci
Missæ duo annuæ, una scilicet die Nativitatis B.mæ V. M., altera die omnium Sanctorum pro an.a q. D. Galeotti Bevutti, qui Ecclesiam heredem instituit, ut in lib. Aleotti fol. 64 à tergo

Inspecto Altare confirmavit Decretum Ep.i Blasij, nempè apponi antè Imaginem B.mæ V. M. Specularia Vitrea, vel Cristallina, reaptari Bradellam, et provideri de Tela cerrata et serragula ad operiendam Mensam post Missæ celebrationem ut Mappæ à pulvere, ac sordibus mundæ conserventur infrà Mensam.

S. de Altare SS.mi Crucifixi

Adsunt infrascripta onera Missarum ex leg. q. Horatij Sardi nempè Missæ duo qualibet Mense
Item Missæ sex planæ celebrandæ in festis segg.
Una in festo S. Georgij, una in festo S. Antonij Abbatis
Una in festo Sanctæ Luciæ, una in festo Sanctæ Helenæ
Una in festo Sancti Honuphrij, et alia in festo Sancti Eustachij
Item Missæ decantandæ p. Capitulares in festis Annunciationis B. V., Sanctæ Crucis de Mense Maij, et Sancti Antonij Abbatis, de quorum implem.to doceri mandavit, et si quæ sunt pro Missa die S. Antonij, pro quib. neglectis Ep.us Aleotti mandavit suppleri tot Missis planis.

Onera praefata descripta sunt in statu exhibito ut supra et in visit. Epi. praedicti

Dicto Altare mandavit provideri de tela cerata et tovagula ut supra infra mensem, et aptari calice coramineo sub poenis

De Altare S. Mae. Lauretanae

Ex legato eiusd. D. Berutti celebrari debent Missae tres annuae, una in die Nativitatis Dni, una in Paschate Resurrectionis, et altera in die Pentecostes

Item pro eodem celebrari debet anniversarium, de quorum implemento Rmus. D. mandavit doceri

Et quoad Altare provideri de tela cerata et tovagula ad effectum ut supra

De tota ecclesia

Mandavit illam dealbari, reaptari fenestras, et in medio pavimenti apponi lapidem ad memoriam praefati Galeotti Berutti ad formam ipsius testamenti, et quia ab humiditate non leve patitur nocumentum, sterni ambitum exterius eiusdem ecclesiae silicibus infra duos menses, et expurgari a sepibus

Insuper quia ex bonis d. Berutti fuit olim impositus census scutorum quatuorcentum in sorte, et annui redditus scutorum viginti quinque, et venditus p. loco Comiti Flaminio de Anguillaria, et deinde Communitati Morlupi, per quem dicitur restitutum fuisse Abbati de Luciis moderno Beneficiato Rmus. D. mandavit doceri de reinvestimento infra duos menses

De Sacris Suppel.

De Sacris Suppellectilibus

Mandavit fieri armarium aptum ad eas conservandas, cæterùm inuenit ad formam

Die dicta 27 9bris 1719.

Ad serò exercitium Doctrinæ Christianæ, et Cathechismum in ecclesia Collegiata explevit, et deindè recitationi SS. Rosarij interfuit

De Cappitulo Canonicis, et Clero

Ad manè celebrata Missa in eccl.a Collegiata, Domi solitæ residentiæ Personalem cleri visitationem assumpsit

De Capitulo, et Canonicis

Capitulum ecclesiæ Collegiatæ constat Archipresbit.o, et tribus Cannonicis ex fundatione, quibus alter fuit adiunctus Canonicus nuncupatus subsit. S. Caroli

Archipresbiteratus habet adnexa Curam actualem animarum

Prefati archipresbiter, et Can.ci tres tenent. canere p. turnum in altare maiori singulis Dominicis, et festis de præcepto Missam Conventualem cum applicatione sacrificij pro Collegio, exceptà Dominicà primà cuiuslibet mensis, quæ decantat. in altare SS. Rosarij

Præterea omnes habent celebrandi per turnum duas Missas lectas singulis diebus, unam scilicet, quæ vocat. prima in aurora, et alteram quæ vocat. secunda ad commoditate Populi in Altaribus infrascriptis Ecclesiæ Collegiatæ, ut in Tabella exhibita in actis p.o fol. 395.

Huiusmodi missæ adimplendæ sunt ex inamovabili, cum applicatione sacrificij pro Benefactoribus, exceptà 2.a